



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

VI. Vt princeps sacerdotum non appelletur episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

cum conclericis, vel cum quibus episcopus aut presbyter iusserit. Nec ipsi episcopi & presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas, sed ubi aut clerici præsentés sunt, aut graues aliqui Christiani.

VI.

Cod. Can.
cap. 39.
Dist. 99.
cap. Primæ sedis
episcopus.

Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

VII.

Cod. Can.
cap. 40.
Dist. 44.
Clerici.
Et in Carthag. III.
cap. 27.

Vt clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

VIII.

Cod. Can.
cap. 41.
De consecr.
dist. 1. Sa-
cramenta
altaris.

Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue episcoporum, siue ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam pransi inueniuntur.

IX.

Cod. Can.
cap. 42.
Dist. 42.
Nulli episcopi in.

Vt nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiujs, quantum fieri potest, prohibeantur.

X.

Cod. Can.
cap. 43.
26. qu. 27.
Pœnitentibus.

Vt pœnitentibus, secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Et vt presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi